

ipsorum est curia Romana.

Ve illi qui non habet^a, quo-

Matth. 18, 6. niam^b expedit^c illi, ut

mola^d asinaria suspen-

datur in collo eius et

dimergatur^e in profun-

Eph. 6, 5. dum^f maris. Videte, ne

quis vos seducat inani-

bus verbis suis^b. Qui

cf. Ioh. 9, 39. habent, habeant et qui non

habent, ceci fiant. Et^b qui-

cumque voluerit vobis dare

pecuniam^g, hunc^h ad nos

introduciteⁱ. Cardinales dixe-

runt: Hec omnia^k a iuventute

nostra servavimus^l. Papa

respondit: Hoc^m autem ha-

beatis in commemoratione;

exemplum enim dedi vobis,

utⁿ quemadmodum ego capio,

ita et vos capiat^o. Reg-

nante^p domino Auro et Ar-

gento, cui est honor et dig-

natio in curia Romana et

Anagnina^q in seculo secu-

lorum. Amen.

Tunc dominus papa ad se

vocavit cardinales et ministros

et dixit eis: Fratres, videte

ne aliquis vos seducat

inanibus verbis. Exem-

plum enim do vobis, ut,

quemadmodum ego ca-

pio, ita et vos capiat^o.

quoniam ipsi saturabuntur, beati tenentes, quoniam ipsi vacui non erunt,

beati qui habent pecuniam' R. a) 'habent' L, 'quia omni habenti

dabitur et qui non habet etiam quod habet auferetur ab eo' add. R.

b) om. R. c) 'expendit' L, 'expedit enim homini non habenti' pro

'exp. illi' R. d) 'violla' L. e) 'demergatur' R. f) 'profundo' R.

g) 'vob. pec. dare vol.' R. h) 'hic' R. i) 'introducatur' R. k) 'hoc

autem' R. l) 'serv. usque nunc a iuv. n.' R. m) 'Non inveni tantam

fidem in Israel quantam in vobis; hoc habeatis'. n) 'et' L. o) R add.

'Tedeum' ceteris omissis. p) 'regnet' L. q) 'anagnina', ut videtur, L.